UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CCIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

3 *Iudæi auctoritate apoſtolica licitè, & abſq; metu pœnæ uſuras ad rationem uiginti quinque, & vltra pro quolibet centenario exercent, & exigunt.*
4 *Idem de uſuris uſurarum.*
5 *Pęna criminis certa à iure impoſita, illa, & non arbitraria criminoſus eſt puniendus.*
6 *Vſurarij etiam Iudæi pœna quæ ſit.*
7 *Multitudinis peccatum eſt uenia, & miſericordia dignum.*

EPITOME.

IVDAEIS ex permiſſione, & auctoritate apoſtolica licitū eſſe uſuras, ac uſuras uſurarū exigere abſq; metu pęnæ, & uſurariū ēt Iudæum in caſu, quo puniri poteſt, non arbitraria, ſed certa iuris communis, & canonis pęna eſſe puniendum, hic habetur.

CONSILIVM CCIX.

VISIS omnibus, & ſingulis literis apoſtolicis, ac Reuerendiſſimi Camerarij ad fauorē Hebræorum, & contra illos emanatis, eorumq́; antiquis capitulis, nec non conſilijs plurimorum clariſſimorū doctorum ad fauorē dictorū Hebræorum conſulentium, illiusq́ue perlectis, & omnibus diligenter conſideratis, reprehenſibile non erit iudicandū, ſi ego quoq; pauca q̄dā ad fauorē iſtorum Hebræorū inquiſitorū ſubiungā, cum.n. ad me pro ſubſidio cōfugerint, plenè auxilio, & protectione ſunt digni. c. ſicut de Iudæis, l. nullus, C. eo. & glo. in c. poſt miſerabilem extra de uſuris. Triplex igitur in præſenti cauſa difficultas occurrit, & ſuper qualibet longè inſiſtēdū foret, ſed requiſitus de ſimplici approbatione ſuper illis meam ſentētiam breuiter exponā. Prima difficultas eſt, an Hebræis Marchiæ Anconitanæ uſuras vltra 25. pro quolibet centenario licitum fuerit exigere, Secūda, nū uſuras uſurarum, Tertia, præſuppoſito, ꝙ hebræi improbum fœnus exercere de iure non potuerint, ſi ultra 25. pro centenario, & uſuras uſurarū exegerint, qua pęna ſint digni. ¶ Sup prima difficultate, quæ ab eruditiſſimo primo conſultore eſt exactè di
1 ſcuſſa, non eſſe multū inſiſtendū putaui, † de iure.n. cōi nec Iudæis inter ſe, nec cum Chriſtianis mutuare ſub uſuris eſt licitum, ut in c. poſt miſerabilē, & in c. quanto de vſuris, & quicquid uſurarum nomine acceperint, ſub pęnis eccleſiaſticis reſtituere tenentur, ut in dictis iuribus: Quo fit, vt cū in ipſis ēt hebræis, attenta iuris canonici diſpoſitione, quodlibet genus uſurarum dicatur eſſe improbum, iudæi rōne huius criminis dicentur eſſe ipſo iure infames,
2 † q̄ pęna dr̄ corporalis, vt in l. pen. ff. de uar. & extraordi. & apud bonos, & graues uiros maior, quā ſit pœna mortis, reputatur l. iſti quidē, in fi. ff. qd̄ met. cau.
3 At † ſtantibus capitulis, & indultis, ac priuilegijs apoſtolicis datis, & conceſſis ipſis hebræis, licitū illis fuit ſub uſuris mutuare, eaſq́; ēt exigere ad rōnē 25. ac etiam ultra pro quolibet centenario abſq; metu alicuius pęnæ, ut clarè ab Excellentiſſ. do. Conſultore demonſtratum fuit, & hr̄ plenè per Alex. in conſi. 1. & conſi. 107. vol. 1. ac ēt in conſi. 57. lib. 2. ubi multa ad hoc cumulauit. Quòd aūt iudæis Marchiæ cōceſſum fuerit uſuras exigere, conſtat ex literis Pauli Papę datis die quarta Ianuarij anni. 1544. & ex aliis literis cōceſſis die 7. Nouēbris eiuſdem anni, & ſucceſſiuè ēt in literis ipſius Pauli datis die 14. eiuſdem ſis, & anni prædicti, & in alijs literis cōceſſis die 23. mēſis Iulij 1545. & ultimo loco ex literis eiuſdē Pauli datis die 30. Iunij 1546. cū clauſulis derogatoriis prægnantibus, nedū generalibus, ſed ēt ſpecialibus aptis, & ſufficientibus ad derogationē litterarū Reuerendiſſimi do. Camerarii, nec non quarundā aliarū literarū dicti Pauli Papæ prohibentiū Iudæis, ne ipſi uſuras vltra 25. pro cētenario poſſent extorquere ſub pęna in dictis literis cōtenta, quibus, vt ſupra, ſufficienter derogatum fuit per ea, quæ voluit Franciſ. de Are. in c. 1. extra de reſcrip. & per Bar. & alios in l. fi. C. ſi contra ius, veluti l. pub. & copioſè ēt præfatus do. Conſultor in ſuo cōſilio hoc dilucidauit. ¶ Quo verò ad ſecundā difficultatem concluſio,
4 † & ſi de iure iudæis quoq; fas non ſit vſuras vſurarū exigere, arg. l. improbū, C. ex quibus cau. infam. & c. quanto, & c. non licet cū glo. x. diſt. cū ſimilibus, de licentia ſuperioris id permittentis non omnibus generaliter, ſed ſolum certo generi perſonarū, ut iudæis certi loci ex cauſa iuſta uſuræ graues, ac ēt uſuræ uſurarū exigi poterunt, ut hr̄ per Card. in clem. in fi. 17. q. & ibi Io. de Imo. & Pet. de Anch. de uſuris, & per Pet. de Anch. in conſi. 235. Præſtāriſſime Princeps, & latè per Alex. in conſilijs præallegatis, ſed dictis Hebræis à Reuerendiſſimo d. Camerario apoſtolico de mandato Sanctiſſimi Papæ viuæ vocis oraculo ſibi facto permiſſum fuit uſuras vſurarū exigere, vt ex literis dicti do. Camerarij datis die 23. 1546. & à Papa ſub die 30. Iunij eiuſdē anni confirmatis apparet ergo &c. ¶ Circa tertiā difficultatem, licet primo aſpectu videretur dicendū, ipſos eſſe puniendos in ducatis decem pro camera pro qualibet vice, qua ipſi vſuras ultra 25. pro centenario exegerint, prout continetur in literis apoſtolicis, ac ēt do. Camerarij datis die 5. Iunij 1544. & à Papa die 4. Iulij eiuſdē anni, ac ēt die 27. Februarij, & 3. Iulij 1545. confirmatis, vel ſaltē eſſet dicendū, ipſos pęna arbitraria mulctādos eſſe, cū pęna ducatorū decē ſublata videatur per literas Pauli Papæ datas die 30. Iunij 1546. Tn̄ contrarium oīno eſt concludendum, ut ēt latè Excellentiſſ. do. Aduocatus in ſuo pleniſſimo conſilio proſequutus fuit, & ſatis clarè dr̄ apparere ex pluribus literis apoſtolicis, ut in literis datis die 4. Ianuarij 1544. & ſub die 7. Nouēbris dicti anni, nec non ſub die 30. Iunij 1546. in quibus oēs, & ſinguli iudæi ab oībus, & ſingulis criminibus, & delictis grauibus, & enormibus per eos cōmiſſis abſoluti fuere, vnde cū virtute dictarū literarū ēt à crimine vſurarū abſoluti dicantur, quippe occaſione illius, uel alterius criminis ↄ̃ ipſos ad aliquā pœnā imponendam inquiri nō potuit. Præter ea cū hebræi reſpectu iſtorū criminū ſint puniendi, & ↄ̃ ipſos ſit procedendum ſecundū diſpoſitionē iuris cōis, ut habetur in literis apoſtolicis datis die quarta Ianuarij 1544. ſequitur, ꝙ non potuerunt pœna arbitraria puniri, ſed illa,
5 certa à iure cōi reperitur impoſita, quia † ubicunq; ratione alicuius criminis certa pœna eſt à iure impoſita, illa, & non arbitraria criminoſus eſt puniendus c. in cauſis extra de offi. deleg. l. 2. & per totum de crim. ſtellio. l. 1. cum ſeq. ff. de extraord. crim. &
6 in ſumma Inſti. de iniu. Sed † pœna, quę uſurarius improbū fęnus exercentibus à iure impoſita reperitur, eſt pœna infamiæ, quā improbi fęneratores ipſo iure incurrunt, l. improbū, C. quib. ex cauſ. infa. irro. item eſt ēt pęna reſtitutionis uſurarū c. cū tu de uſuris, & contra Iudæos reſtituere denegantes eſt pęna priuationis commercij Chriſtianorū, illos excludendo, ſi cū Iudæis conuerſationem, & cōmercium haberent, ut in d. c. poſt miſerabilem, & in c. quanto extra de vſuris, quę pęna ab eccleſia aduerſus hebræos magna, & grauis reputatur, ut in c. poſtulaſti, & c. cum ſit extra de iudęis, ergo iſti iudæi non ſunt alia pęna puniendi, nec ad alium finē contra eos inquiri poteſt, niſi ut ſupra dictum fuit. Nec aduerſantur prouiſiones, quæ contra Iudæos Marchiæ à S. Pa-
lo

tertio,eiusq́; Reueren. Camerario,ſi uſuras ultra pro cẽtenario exegerint,editæ fuerunt ſub die 5. Iunij,& 4.& 12.Iulij,& die 27.Februarij, anni 1545. imponẽdo iudæis ꝯ faciẽtibus pœnã ducatorũ decẽ qualibet uice,qa rñdetur,ꝙ poſtea idẽ Paulus tertius die 23.Iulij 1545.& die 30.Iunij 1546. ꝯriũ ordi nauit cũ ſufficiẽti derogatione ꝓmiſſorũ, ꝯfirmãdo literas Camerarij poſteriores datas ſub die 3. Iulij. 1545.& ſub die 24.Iunij 1546.qbus ꝯceſſa fuit iudęis utẽdi ſuis antiqs capitulis,& exigẽdi uſuras illicitas,& immoderatas, ac vſuras vſurarũ,ipſosq́; hebreos à qbuſcũque crĩbus,& pęnis incurſis abſoluẽdo. Ex qbus cõſtat,iudęos eſſe tutos ab oĩ impoſitio pœnẽ crĩs uſurarũ,nã q auctoritate canonis, & Pa pæ peccat,ñ dr̃ male facere,nec pęnã meretur,l.grac chus C.de adul.& c.q peccat,23.q.4.Prætereaꝉ cũ ſe ta vniuerſitas,& multitudo iudęorũ,& eorũ ſin guli hoc peccauerint,dignãq́; cãm excuſationis ex indultis apoſtolicis habeãt, ſanè uenia digni ſũt, qa idẽ morbus plurimos occupauerit,nihil aliud reſtat quã dolor,& gemitus,ac ẽt cũ ꝯtagio peccandi multitudinẽ inuaſerit,diuinæ diſciplinæ ſeuera miſericordia eſt neceſſaria, ut in c. non poteſt, 23.q.4. In reliquis me ad ea, q̃ alij prudẽtiſſimi ꝯſultores ad fauorẽ iſtorũ hebræorũ dixerũt, in totum remitto, quorum dictis tãquam iuſtis,& quibus nihil addi poteſt,omnino eſt ſtandũ,& ſecundum illa ad fauorem inquiſitorũ iudicãdum eſſe cenſeo. Laus Deo.

S V M M AE.

Cauſa uſurarum etiam incidens eſt per iudicem eccleſiaſticum co gnoſcenda, & donec illa fuerit terminata, eſt interim in cauſa principali coram ſeculari ſuperſedendum.

Fructus pignoris ſunt in ſortem compenſandi,et quare,num. 19.

Uſuraria cauſa dicitur eſſe ſpiritualis, & propter peccatum cognoſcenda per eccleſiaſticum, & non per ſecularem, num. 5.

Teſtes examinati,et probationes factæ in una cã, & in uno iudicio an in alio proſint, & probent, & nu. 29. ubi id declaratur.

Iudex ſecularis, qui de principali cauſa cognoſcere cœpit, ſi ratione cauſa eccleſiaſticæ incidẽtis ea ad eccleſiaſticum iudicem fuerit deuoluta, prohibetur de ea principali cognoſcere, quouſ que illa incidens fuerit per eccleſiaſticum deciſa.

Inhibitoriæ per iudicem eccleſiaſticum de cauſa eccleſiaſtica incidenti cognoſcentem factæ uirtus durat etiam poſt ſententiam latam, quando adhuc dicta cauſa incidens coram eccleſiaſtico per appellationem pendet.

Simulationis contactus ſpecie debet in libello ſuper hac ſimulatione formato exprimi, aliàs libellus eſſet ineptus, & ex illo agens ſuccumberet;

9 *Et quid amplius in hoc libello requiratur.*

10 *Simulationis contractus ſpecies eſt multiplex.*

11 *Pignoratitia actio cui, contra quem, ad quid, & quando detur.*

12 *Oblatio pecuniæ debitæ facta per debitorem creditori an ſufficiat, & num. 25.*

13 *Iudex ſecularis tenetur quidem ſuper cauſa ſeculari principaliter coram eo intentata ſuperſedere, quando cauſa ſpiritualis in eam incideret, donec hæc incidẽs cauſa ſpiritualis fuerit per eccleſiaſticum terminata, ſed non impeditur, etiam ſtante inhi bitione iudicis eccleſiaſtici, in alio iudicio cognoſcere de alia cauſa mere ſeculari, quæ non eſſet eccleſiaſtica, nec ſpiritualis, nec cum illam connexitatem haberet, licet ſimilitudinem aliquam cum principali aliàs coram eo intentata haberet.*

14 *Ex contractu ſimulatæ uenditionis poteſt reſultare mutuũ, & pignus præſumptum, & tamen uſurarum præſumptionẽ ceſſare.*

15 *Et ſi ex eo inferatur mutuum, ſeu pignus, ac uſuraria prauitas, debitor, ſi uelit, poteſt ſolum ad reſtitutionem pigno ris, & non uſurarum agere.*

16 *Et tunc cauſa non eſt eccleſiaſtica, nec cum ea connexitatem habet, & num. 26. & 27.*

17 *Mixtum, & ſimplex inter ſe ſpecie differunt.*

18 *Inhibitio iudici ſeculari facta per eccleſiaſticum cognoſcentem de cã ſpirituali incidenti ad cauſam principalem coram ſeculari motam ſolum quoad cauſam illam motam ſuum effectum operatur, & nõ quoad aliam cauſam ſecularem poſtea mouendã.*

19 *Cauſa uſuraria non dicitur mota ex eo, quod petatur, fructus ex pignore perceptos in ſortem computati.*

20 *Iudex ſecularis, quando cauſa eccleſiaſtica incidens fuit ab eccle ſiaſtico terminata per ſententiam, quæ in rem iudicatam tran ſiuit, poteſt ſuper cauſa principali cognoſcere, atque procedere, non obſtante inhibitione ſibi per eccleſiaſticum facta.*

21 *Appellationi poteſt renunciari ad effectum, ut ſententia in rem iudicatam tranſeat.*

22 *Appellationi renunciatur per actũ illi contrarium, & quomodo.*

23 *Simulatio uenditionis ad tractatum mutui, & pignoris dicitur ſpecies ſimulationis de contractu ad contractum, & differt ab alijs ſpeciebus ſimulationis, & maximè ab ea, quæ dicitur de contractu ad ſe ipſum.*

24 *Actionis ſpecies intentata, ſufficit, quòd ex uerbis libelli colligatur, licet ſingulariter, & nominatim non exprimatur.*

25 *Oblatio debitoris pro liberatione pignoris quando ſufficiat, & quando ſecus.*

26 *Cauſa contractus ſimulati uerè pignus, & mutuum continentis, & ſi uſuram quoque contineat, & ſic mixturam iuris eccleſia ſtici habeat, tamen agendo ſolum ſuper ſimulatione ad reſtitu tionem pignoris, & non ſuper uſuris, dicitur merè ſecularis, & coram ſeculari moueri poteſt, ut de illa uſque ad ſententiã incluſiuè cognoſcat, nec tunc iudex eccleſiaſticus ratione uſurarum non petitarum poſſet ſe in ea intromittere.*

27 *Mutuo cõtracto ſub pignore cum pacto expreſſo uſuras ſoluendi, poteſt debitor, ſi uult, coram ſeculari merè ſeculariter ſolũ ad pignoris reſtitutionem agere, & nõ petendo uſuras, cauſa eſt merè ſecularis per ſecularem cognoſcenda, & terminanda.*

28 *Contractus ſimulatio, & uſuraria prauitas illius ex quibus colligatur.*

EPITOME.

CAVSA ſuper ſimulatione cõtractus uerè pignus, & mutuũ, ac ẽt prauitatẽ uſurariã cõtinẽtis tàm ſup ſimulatione contractus, q̃ ſuper uſuraria prauitate ſi mul corã iudice ſeculari prius intẽtata, & per iudicẽ eccleſiaſticũ rõne cauſæ uſurariæ corã eo prius cognoſcẽdæ, & terminãdæ inhibitione ipſi iudici ſecu lari facta, ſi poſtea corã eodẽ iudice ſeculari cã ſolũ ſup ſimulatiõe ꝯctus ad reſtitutionẽ pignoris nulla facta mẽtiõe de uſuris mota fuerit, cãm hãc dici me rè ſecularẽ, & eſſe diuerſã à prima, & iudicẽ ſecularẽ poſſe de ea cognoſcere, nõ obſtante inhibitione iudicis eccleſiaſtici, hic plenè demonſtratur.

CONSILIVM CCX.

CORAM do. Iudice Auditore ꝯſilij iuſtitiæ ciuitatis Florẽtiæ die tertia Februarii anni 1549. pro parte Illuſt. & Magnifici Comitis Ioãni Frãciſci q. filij, & hæredes do. Chriſtophori de Gõzaga, & do. Paulæ de Montedo lio cõſortũ, ꝯ quoſdã deſcẽdẽtes, & hæredes in effectu q. do. Caroli Comitis Planarij ꝓductus fuit, libel lus ſuper ſimulatione contractus, & prauitate uſuraria cuiuſdam contractus aſſertę uenditionis iamdiu inter dictã do. Paulam aſſertã uẽditricẽ, & dictũ do. Carolũ aſſertũ emptorẽ factæ de qbuſdam caſtris, & bonis ꝓ aſſerto pretio florenorũ mille, & ducẽtorũ, & cũ pluribus, & uarijs pactis hinc inde celebratis, vt in inſtrumẽto publi co latius cõtinetr̃, nã dicebatr̃, inter dictos cõtrahẽtes uerè fuiſſe cõtractũ mutuũ de florenis mille, & ducẽtis, quos tunc do. Paula in ma gna neceſſitate cõſtituta ꝓ aſſerto pretio dictorũ bo norũ ſe recepiſſe cõfeſſa fuit, ac uerè ẽt fuiſſe celebra tũ cõtractũ pignoris de dictis caſtris, & bonis, ut aſſe rebatur, uẽditis ꝓ tuitione crediti dicti do. Caroli, & cũ promiſſione ꝑ ipſam do. Paulã facta de ſoluendis certis magnis affictibus ipſi do. Carolo pro uſuris, & intereſſe fictione, & ſimulatione affictuũ, & penſionum